

A Paduában tanuló Blotz Hugó levelezése erdélyi és magyarországi barátaival.

(1571—1574)

Az olasz egyetemek még a XVI. század végén is akkora vonzó erőt gyakoroltak más népek tanulóira, hogy a ki csak tehette, tanulmányait ott végezte be Olaszország valamelyik főiskoláján. Leghíresebb (s így leglátogatottabb) volt köztük a paduai egyetem, hová nemes-ifjak vagy jómódú polgárok fiai rendesen egy idősebb pedagógus felügyelete alatt zarándokoltak el messzeföldről, egy vagy több esztendőre: a szerint, a mint jövedelmük engedte. Ilyen pedagógus volt a hollandi származású tudós *Blotz* Hugó is, aki tanultságával és lekötelező nyájas modorával oly tiszteletet vívott ki magának azok között, a kikkel a sors összehozta, hogy ez a barát-sággá fejlődött mély érzellem végig megmaradt köztük s levelezés útján még akkor is erősödött, mikor már nem éltek együtt. A nevelői állás ekkoriban igen előkelő volt s írói hajlamú ifjak főleg azért karolták fel szívesen, mert gondtalan megélhetést biztosított s így alkalmat nyújtott arra, hogy idejüköt egészen a tudománynak szentelhessék. Így értjük meg, hogy pl. Blotz is, mint már végzett ember és felavatott *iuris utriusque doctor* 35 korában elhagyja hazáját, hogy tanítványaival tovább tanulhasson Franczia-, Német-, Olasz- és Spanyolország kiválóbb főiskoláin. Egyik neveltjével 1570-ben Paduában és Romában jár, honnan a következő esztendőben tért vissza Németországba. Itt ismerkedett meg *Liszthi* János választott veszprémi püspökkel és magyarországi kancellárral (a ki papi pályára 1561-ben elhunyt felesége halála után lépett) s felszólítására főleg azért jállalt nevelőséget hasonnevű 14—15 éves fia mellett, mivel megtudta tőle, hogy őszire Paduába küldi. Így jutott Blotz Bécsbe Liszthi állandó lakóhelyére, hol barátságot kötött az ott lakó Zsámboki Jánossal s a magyar kancellárián dolgozó ifjakkal, a milyen Dietrich Márton és Serczegi Benedek volt és sok más magyarral, aki alkalomadtán Bécsben megfordult.

Ifjú tanítványával Blotz Hugó 1571 október elején indult útnak Paduába, a hová Velenczén át a hónap végén értek. Itt ismerkedett meg csakhamar

Kendy Farkassal, Verancsics Fausztusszal, Berzeviczy Mártonnal, Kovacsóczy Farkassal, Gyulai Pállal, Hofmann Györggyel és Kubinyi Lászlóval, a kik ekkor a paduai egyetemen tanultak s kötött velük olyan barátságot, hogy még akkor is leveleztek vele, midőn hazájukba visszatértek s a közpályán szereztek maguknak hirt, nevet.

Kortársaival folytatott levelezését Blotz, mint afféle gyűjtő, tudós humanista gondosan megőrizte, illetőleg — midőn 1575 tavaszán a *bécsi császári udvari könyvtár* elére került — annak hagyta, hol az (bár nagyon hézagosan) öt dobozban ma is meg van s az 1566-tól 1608-ig terjedő korszak *szellemi életének* kimerithetetlen gazdag forrása. E nagybecsű gyűjteményből három évvel ezelőtt adtam ki Blotz Hugónak Liszthi János püspökkel és fiával váltott leveleit.¹ Ezúttal meg azokat a leveleit mutatjuk be, melyeket négy esztendei olaszországi tartózkodása idején kapott elősorolt fenti erdélyi és magyarországi barátaitól. Hiszen e levelek nemcsak a levelezők közti barátság és ragaszkodás emlékei, hanem értékes bizonyítékai tanultságuknak és művelteseküknek; sőt mivel gyakran hazai hadi események híreit is közlik a hazajuktól elszakadt ifjakkal, egyúttal valóságos *történeti források*, mert sok olyan kor- és családtörténeti adatot örökítenek meg, melyekről máshonnan alig értesülünk. De fontosak e levelek művelődéstörténeti szempontból is, mert külföldön tanult magyar ifjainak életrajzát egészítik ki ismeretlen adatokkal és érdekes adalékokkal.

Leveleink tanusága szerint Blotz Hugó fiatal neveltjével 1573 végéig, tehát teljes két esztendeig tartózkodott Paduában. Ekkor, deczember végén az ifjú Liszthivel, atya tanácsára, peregrinációra indultak, hogy Olaszország nevezetesebb városait és szépségeit megismerjék. A hónap közepén értek Pisabá, hol jó két hetet töltvén,² a bekövetkezett új esztendőben Firenzébe mentek át, hol egy magyar emberrel is találkoztak, pesti Szegedi Pállal, aki ott a toszkánai nagyfejedelem főkocsisaként élt. Nem volt tehát tanult ember s valósággal *kocsismódon* beszél, írt olaszul,³ de írói babérokra vágyott s még egy négy lapnyi olasz szonettel is adott ki 1572-ben a szakácsok dicsérete ellen.⁴ Firenzéből 1574 februárius közepén a közeli Siena városába utaztak⁵

¹ A *Történelmi Tár* 1907. évf. 199—217. I.

² Blotz Pisaból 1573 deczember 15 és 30 között írt leveleit idézi Liszthi püspök; *Történelmi Tár* 1907. évf. 210—212. I.

³ Förfelmes rossz olaszszággal írva Blotzhöz is intézett Firenzéből, 1574 februárius 27-én és március 6-ikán két levelet, de különben is olaszországi dolgokról szólvan, nem törtöttük őket érdemeseknek a közlésre.

⁴ Czímét ld. Szabó Károly: *Régi Magyar Könyvtár* III. k. 621. sz. a.

⁵ Szegedi Pál id. első levelét i. i. Blotz még keltezése napján megkapta, hátlapjára ezt írván: *Redditae Senis 27. Februarii 1574.*

és maradtak március végéig.¹ Innen a közeledő húsvéti ünnepekre Rómába mentek és ellátogatván Nápolyba is, május elején újra visszatértek az Örök-városba, azért is, hogy az ifjú Liszthi kisebesedett lábat gyógyítassák.² Múló volt-e ez a bántalom vagy tartós, nincs nyoma; de június vége felé az ifjú Liszthi már a bolognai egyetem hallgatója és kedvelt tagja.³ Mivel azonban atya nagyon siettette hazaútazását, melyet szeptember elejére kivánt,⁴ tanulását kénytelen volt abbanhagyni, illetőleg rövidebbre fogni. Így is tovább ültek, mint a hogy édes atya rendelte, de hát illett hazatérőben megállapodniok Paduában és elbúcsúzni ottani barátjaiktól. E szándékukat október közepén teljesítve, Velenczébe mentek⁵ s onnan (valószínűleg Liszthi János püspök tanácsát követve) Trento érintésével Innsbruckba és tovább az Inn-folyón meg a Dunán hajón le Bécsbe, melyet négy esztendei távollét után (az év végén vagy 1575 elején) szerencsésen viszontláttak.

Blotz és ifjú neveltje olaszországi tartózkodásának két utolsó évéről azonban keveset tudunk; barátjaik leveleiből is minden össze négy levél maradt reánk irodalmi hagyatékában. De a mit az alábbiakban bemutatunk, hézagos voltában is érítékes adalékai a kornak és jellemzően mutatják, mily befolyást gyakorolt ez a tudós — de különben terméketlen — hollandi tudós humanista a magyarok közül is azokra, a kik szívéhez férkőztek. Magam gyönyörűséggel válogattam ki Blotz irodalmi hagyatékából a magyaroktól származó leveleket és sajtó alá rendezvén őket, kedves kötelességemnek tartom ezúton is hálás köszönetemet kifejezni dr. Veress Endrének azért a lekötelező, önzetlen szivességeért, melylyel e levelekhez egy csomó magyarázó jegyzetet csatolt és bevezető soraimat magyarra fordította.

1.

Bécs, 1571 október 16.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

Martinus Dietrich S. D. Plotio⁶ suo, I. U. D.⁷

Cum duplex (ut optime nosti) sit finis studiorum, rerum scilicet cognitio et sermonis elegantia, danda tibi,⁸ clarissime domine, diligens est opera, ne

¹ Blotz Sienából 1574 március 24-én kelt levelére felel Liszthi János püspök; *Történelmi Tár* 1907. évf. 212. I.

² Liszthi János püspök 1574 május 15-iki leveléből; ugyanott, 215. I.

³ Blotz Bolognában, 1574 június 24-ikén írt leveléből, mely a *Történelmi Tár* 1907. évf. 219–220. lapján tévesen 1575-iki kelettel jelent meg.

⁴ Liszthi János püspök levelében; ugyanott, 216. I.

⁵ Kovacsóczy Farkas t. i. 1574 október 23-iki levelét már oda czímezte.


⁶ Osztrák fonetikával így ejtették ki kortársai közül sokan Blotz nevét.

⁷ E sor rövidítései feloldva ekként olvasandók: Salutem Dicit Iuris Utriusque Doctori.

⁸ Eredetileg kezdőbetűvel írva, miként e szók is: Te, Tui, Tuae, de következetesen kicsi betűvel közöljük.

A székelyszombori oltár szentjei.
11. Szent István (?) Szent Péter és Szent Márton szobra.





A székelyszombori oltár képei.
12. Az angyal üdvözlet.
13. Mária látogatása.





A székelyszombori oltár képei.
14. Jézus születése.



15. A napkeleti hárrom bölcs.



16. A szenterzsébeti oltár.

prima tui discipuli¹ aetatula barbara Italorum et foedae sermonis imbibat vocabula, sed mature occurendum esse censeo, dum iuvenilis ipsius animus fervet et nondum coaluit, facileque linguae informatione ferventi culturaque litterarum Ciceronis eruditiri potest. Talis autem tuae commissus est puer disciplinae, qui et ardet amore litterarum et summa in eo observantiae erga te caritas lucet. Otiosus nunc est, nec aulicis distrahitur laboribus, praeterea corporis egregia specie, sanitate, conformatio neque est praeditus. De animo iudicium celeriter fieri non potest. Bonam prae se fert et ostendit voluntatem. Huius cum adest et de mentis praestantia sperandum. Hanc tu pollicitationibus, gloria et honore provocabis atque allicies. Proponentibus exempla, et dicta et facta magnorum virorum, qui extiterunt adhucque vivunt. Quem enim non merito commoverint Caesar, Alexander, Scipio, Annibal, quorum alii in bello, alii domi gloriam defunxere? Alcibiades, Socratis discipulus, magnam laudem est consecutus. Quid Africanus, qui Xenophontis de officio boni principis semper legebat, et complures alii sibi laudem decusque virtute duce et doctrina litterarum compararunt, ut Lucullus, Sylla, Pompeius, Brutus. Sed haec tu melius, neque enim haec excitandi causa narro, sed provocandi et incitandi gratia ad te scribo, gratum hoc me tibi facturum confidens.

Hac namque lege et conditione a nobis discessistis, ut absentiam frequentia et assiduitate litterarum leniamus. Primus autem ego te lacesse volui ideo, quia gratos acceptosque rumores, qui hinc ad vos perforuntur, vobis esse scio, praesertim qui (ut scis) Reverendissimi domini² et convivarum, qui quotidiane advolant, sermonibus confirmantur. Ego nec author, nec affirmator esse volo alieni rumoris. Haec autem sunt, quae post tuum in Italiam redditum acciderunt. Turcae excursionibus octo possessiones comitum et baronum in Hungaria vastarunt, ingentemque stragem ediderunt, abduxerunt homines et animalia multa, castellum prope Agriam³ exstruere conati, sed impedierunt eos milites domini Ungnad. Rueber⁴ 10000 hominum in fundo Tocaiensi collegit. Turcae 5000 habent equites in loco eodem. Nicolai Bathori equites 32 Turcos equites 70 fuderunt. Comitis Serinii filius nomine Georgius⁵ 400 Turcorum occidit et captos abduxit, quia decimas sibi eripere et alia adimere volebant. Comitia ad festum Sancti Martini sunt edicta,⁶ ego omnia, Deo favente, quae proponentur quidve actum erit studiose singula conscribam. Ego despero; omnis orbis bellis aestuat, summa, laboratur vehementer. Capitanei ex Hungaria huc veniunt et concurrunt petentes ab imperatore⁷ auxilium et subsidium ad propulsandam et repellendam vim Turcarum. De media nocte hodie imber ortus est gravissimus, duravitque usque ad solis exortum. A prandio iterum fulgura et tonitrua horribilia exaudiebantur. Deus iram clementer avertat. Praeceptum tuum diligenter observo. Rebus enim secundis metuendum, adversis (ut

¹ Tanítványa: Ifjú Liszthi János.

² Tanítványának atya, Liszthi János veszprémi püspök, aki az udvari magyar kanczellária vezetőjeként Bécsben élt.

³ Eger latin neve.

⁴ Rueber János felsőmagyarországi kapitány.

⁵ Gróf Zrinyi György.

⁶ Értendő a november 11-ikére hirdetett pozsonyi országgyűlés.

⁷ Miksa római szentbirodalmi császár és magyar király.

dicis) sperandum. Necessus est mihi servire tempori, et non negligere tempus. Tibi grata sint exigua pauperis nunc amici dona. Vale, salve. Raptim.

Viennae, 16. die Octobris. Anno 1571.

Salutem tibi plurimam adscribet D. Benedictus Serczegi,¹ qui te memorrem sui annuli esse vult, ut quam primum eum habere possit. Etiam atque [etiam] vale, et me ama.

Tuus ex Deo semper studiosissimus et amantissimus

Martinus Dietrich.

Vestrae litterae hodie Goritia² sunt R^{mo} allatae, quid dicat dominus nescio, sed alias.

Külczíme: Clarissimo viro I. U. D. Plotio, filii Reverendissimi D. D. Ioannis Listhii etc. praceptor, amico suo honoratissimo.

Allatta: Tu, ubi habitat, diligenter dulcissime Hofmanne³ inquiras.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 69. levele.)

2.

Bécs, 1571 november 1.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S[alutem].

Credo ego vos, licet aliquandiu vagos, omnibus rebus incolumes Patavium pervenisse, cumulatos etiam et itinere gaudii nuncio insigni de triumpho ex Turcica relato classe.⁴ Qua occasione utinam deinceps et constanter ad libertatem universam nitamur, utique sciamus victoria.

Nisi te facilem in amicorum rebus et sollicitum nossem, nunc abs te contenderem hunc medicinae studiosum, graecae linguae peritia et scripturis haud vulgarem, Ursinum uti commendatissimum haberes. Quidquid in eum abs te idonee ac tempore profiscatur, vel tua causa ab aliis tuoque in adventu privatim in me collatum noveris, officium a me mutuo fore comparatum. Listhium a me et alios diligenter salutato. Simonem bibliopolam saluta et moneto, me responsum exspectare de libris et aliis.

Ipsis Kalendis Novembbris 1571 Vienna.

Berzevitium⁵ gratulor autoritate Listhii et sollicitudinis Cratonis in gratiam repositum, cuius studia et conatus non ignobiles uti patriae rebus omnibusque negotiis quamprimum adhibendum exopto. Dic eidem salutem.

Külczíme: Clarissimo I. C. doctori Blotio, praefecto disciplinarum Listhii, amico optimo. Patavium.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 70. levele.)

¹ Igy írjuk, mivel a levelekben vegyesen írják így is: Zerczeki, Zercheki és mivel Sopronmegyében ma is van egy Sércez nevű község, a honnan valószínűleg származott.

² Görz latin neve Goritia.

³ A Paduában tanuló pozsonyi származású Hofmann György.

⁴ Ez a lepantói tengeri ütközet.

⁵ A Paduában tanuló Berzeviczy Márton.

3.

Bécs, 1571 deczember 18.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. D. Officii mei, quod absens praestare absenti sum pollicitus, saepe me officiorum tuorum et promissionis recordatio admonet, quamvis abs te, humanissime vir, nullas adhuc acceperim, postquam a nobis discessistis, cuius silentii causam ignoro, sed aveo cognoscere, si enim, quid feci, aut litterae vobis intempestive sunt redditae, imprudentia est, peccatique veniam peto; sed ad alia veniamus. Rogat me vehementer imo ad nauseam usque dominus Serczegi, ut apud te intercedam de suo amico disculpando, de quo et ipse nuper et ego scripsi, sed plane nihil respondes, quare et nunc sicut ante magnopere abs te quaeso et contendo, ut haec cures quamprimum, cumve recepisti coram familiariter, absens praestare coneris. Scis enim quam sint grata amicorum studia in re tali efficienda. Nova haec est, quod Siculi rebellarunt regi Transsilvaniae, quorum duces 52 sunt laqueo suspensi, totaque res est composita. Die 14. dux Florentiae¹ urbem hanc est ingressus, cui obviam progressi sunt filii imperatoris; ipsem et erat infirmus, sed convalescit iam laus Deo. Comitia sunt edicta denno ad festum Purificationis Mariae.² Alia nulla habemus. Omnes bene valemus. Dominum Joannem³ salvere iube, omnibusque mea studia deferas. Etiam atque etiam vale et me ama.

Viennae, 18. die Decembris 1571.

Tuus ex animo amantissimus

Martinus Dietrich.

Hac septimana nullus ex [Venetia] cursor venit.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor Hugo Plotio, dottor I. U. excellentissimo, patron mio osservandissimo. Padova.

(Eredeti, a 9736. z. 14. kötet 75. levele.)

4.

[Bécs,] 1571 deczember 29.

Zsámboki János Blotz Hugónak és Berzeviczy Mártonnak.

Sambucus S. Fasciculus mihi redditus est: duea sunt, quae tibi molestiam exhibere videntur, consuetudo nonnullorum frequentior et vicarii tui importunitas, quorum illud ipse tua diligentia mederi poteris, huic patrono, ne urgeat importune, promittit, cumque nihil praecipue de eo in mandatis receperis. Ex praescripto eius ratione ad R^{mum} pecuniam mittit dominus per veredarium, dum colybi certi spes fiat. Tu vero caetera perge, nec ullis impedimentis iniici moram progressibus patiare, fecis gratiam non vulgarem. Hasce domino d[ocotori] Mantuam modo statim, si quid respondeat, mitte.

¹ Az 1574 április 21-én elhunyt Medici János.

² Vagyis 1572 februárius 2-ikára,

³ Tanítványa : ifj. Liszthi János.

Scripsi aliquot arcus triumphales mere antiquo etc., sed cursoribus oneri vellem esse iniquus, qui animam exigunt.

Vale. Festo Thomae 1571.

Berzevitio.

Domino Berzevitio S. S. Cuius rationem scribendi et quos exprimendos putat, laudo ut vero pergor cohortare, ita enim rem aggressus mihi videtur, et si eandem viam porro diligenter et vestigia persecui velit, facile aliquid egregium et quod miremur, brevi assequatur. Tum et patriae memor sit, moneas, in cuius segete et arva studiorum fructus clusae sint ubiores, gloria autem cum reliquo ipso coniuncta vivit, ως ἀνδρος ἀνδριζη.

De mente illius et erga me mutua voluntate cum magna dubitorum nunc eo nobis reddito, prolixa suaque uti polliceor.

A tantis fasciculis ad me deinceps abstineas. Reverendissimo inscrivas vel partite mittas et rationes volebat exigere, nisi libertate in aulae obduxissetem.

Külczime: Al molto Magnifico Signor dottor Hugo Blotius, gentilhuomo Fiamengo etc. come fratello. Padova. Appresso il Signor dottor Mantua in Porzia.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 78. levele.)

5.

[*Padua, 1571 vége.*]

Kendy Farkas Blotz Hugónak.

Kendius suo Plotio. S.

Postquam res eo deducta est, ut et status meus culpam deprecari cupiat, aut certe debeat, et nobiles Germani, qui laesi sunt, gratia nostri pacem amplectantur, peto a te, mi optime Bloti (iam enim causa tuaque imprimis humanitas, hoc genus efflagitationis facile patitur) ut statuta commodissima hora, quam et nos et nobiles laesi adesse possint, mihi per puerum eam horam quam commodiorem vos iudicabitis, renuncies, ut placati, sine molestia deinceps, optima pace fruamur.

Vale meque tuum esse, tum usu cum responsione, scito.

Hátlapján Blotz megjegyzése: N[obilis] Kendius Transylvanus, pro nomine (n̄i fallor) Wolfgangus, adolescens doctissimus, sed tandem ab nimiam ingenii intentionem mente motus. De dissidio quodam inter famulum suum et nobilem quandam Germanum in causa iniuriarum orto et praesentibus utriusque nationis studiosis reponendo.

(Eredeti, a 9737. z. 18. kötet 314. levele.)

6.

[*Padua, 1571 vége.*]

Kendy Farkas Blotz Hugónak.

Kendius suo Plotio. S. d.

Invitavi ad coenam Contarenum¹ et Bathorium² nostros. Cum autem et vos, optime Blotie, mei studiosissimos habeam (ut et ego sane sum vestri)

¹ A velenczel Contarini-család egyik tanuló tagja.

² Somlyói Báthory István, a hasonnevű erdélyi fejedelem unokaöccse, néhai Báthory András elsőszülött fia.

peto a te quam diligentissime, ut una cum discipulo tuo,¹ adolescentulo ornatussum, ad nos venias. Hoc mihi, nec gratius quidquam, nec incommodius facere poteris. Qua in re exoranda, pluribus non utar, cum id votum nostram amicitiam exorasse existimem. Vale et veni, aliter non feceris. Vide, me tibi commendari. Listhium plurimum saluto.

Mihi ad vos ire non vacat, ideo etiam ignoscate mihi.

Külcíme: D[omino] Blotio, amico optimo.

(Eredeti, a 9737. z. 18. kötet 212. levele.)

7.

Velencze, 1572 januárius 2.

Verancsics Fausztus Blotz Hugónak.

Faustus Verantius Dalmata Hugoni Blotio, amico suo honoratissimo. S[alutem] P[lurimam].

Accepi litteras tuas voluntatemque tuam bene intellexi, ac etiam, quod iubebas peregi. Itaque te indies expectamus. Quod te mihi non vulgariter, sed latine ac optime scribentem excusas, minus recte facis, nam excusatio recte factorum superflua est. Nisi forte me huius rei ignarum facis, vel vero me ita scribentem ad te iocando tamquam irreverentem repreahendere conaris. Sed absit haec opinio abs te. Meque iam olim in scholis ex optimis auctoribus haec percepisse scito. Quod reliquum est, me tui ac Listhii nostri cum amantissimum, tum et colendissimum reputato. Vale ac Joinum² nostrum cum Bathoreo iube salvare.

Venetiis, postridie cal. Ianuarii 1572.

Külcíme: Ad manus viri eruditissimi ac doctissimi domini Hugonis Blotii etc. A Padua. In Porcia a Ca Pesaro, fra i dui porteggi.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 83. levele.)

Megjegyzés. A Paduában tanult Verancsics Fausztust 1571 végén Magyarországban találjuk, de úgy látszik, őszsel (talán október havában) Velenczébe ment, hol szülei, testvérei laktak.³

8.

Bécs, 1572 februárius 5.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. P. D. Scriptis et obsignatis iam duobus fasciculis ad Cubinium⁴ et Nicodemum, in quos ad vos quoque litteras conieci, tandem, doctissime et humanissime vir, apud veredariorum magistro tuas inveni, quae me magno gaudio affecerunt. Ex quibus intellexi et perspexi singularem tuum erga me amorem et fidem magnam, petitionemque accepi, cui mea sponte satis-

¹ Ifjabb Liszthi János.

² Ki ez a Joinus, nem tudjuk.

³ Verancsics Antal összes munkái X. k. 245. és 342. l.

⁴ Kubinyi László paduai magyar tanuló.

facere hac in parte si quid gravius dicetur studeo. Id quod officium sinceri flagitat amici, qualem me esse confidas et permansurum, ut disidenti familiariter recepi. Quod itaque suspicaris de Berzeviceo, mehercle nihil affirmare certi habeo. Fortasse ex illis coniicis invidiam, quod vi quasi se domino hoc in officio, quo tu egregie fungeris, saepius obtrudebat, pollicens suam ingentem operam, ex quo affectu non parvum (ut opinor), cum decidisset, erga te concepit odium, quod et praesens (antea litteris odiosis profecto) nunc declarat, ut intelligo, repulsamque R^{mo} domino nostro exprobrare coepit, quod suam, scilicet ita contemptissimam operam et studium oblatum in erudiendo filiolo. Imo affirmat se duntaxat hac spe informati pueri Patavii hanc aestatem transegisse. Graviter dolet, hanc sibi esse erectam commoditatem emanendi, sed Reverendissimus dominus prudentius multo respondit: se agere gratias pro oblato ultro officio, se agnoscere promptum suum erga filium animum, negans sibi esse redditas, in quibus perscripsit haec litteras. Coram tamen Sambuco dixit: *Ecce quam est impudens homo iste, quem Apollinem esse praedicabant; nunc prodit suam ignaviam et arrogantium.* Subridens quoque nuper cum vidisset illam Kovaciocii orationem,¹ illusit: quid velaent ista. Tu sapienter (quod et domino placuisse audivi) fecisti, quod ipsum mediocriter commendasti. Est enim periculosum et plena res suspicionis laudare homines praesertim suspectos propter multiplices eorum et varias nostras atque voluntates, quae multis centenis involucris teguntur. Irascatur et invideat: tibi nocere minime potest. Si quid tam gravius et durius in te dixerit, non te celabo; et nunc adaperirem profecto, crede mihi; sed praeter haec puerilia nihil audivi, quae ut apud te secreto retineas, oro. Satis enim est, te nosse solum lenitatem hominis et quo sit erga te animo praeditus, videlicet malevolo, ut colligo, nihil ego affirmo. Nova ex amicorum litterulis intelliges. His valere vos feliciter optamus et resalutamus omnes.

Viennae, 5. die Februarii. Anno 72.

Tuae Excellentiae studiosissimus et observantissimus

Martinus Dietrich.

Proxime ad dominum Listhium scribam, nunc impedior discessum Posonium.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor, el Signor Hugo Plotio, gentilhuomo Fiamengo etc. padron et amigo mio osservandissimo. A Padova. In Portia appresso l'Excellentissimo dottor Mantua.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 90. levele.)

9.

Pozsony, 1572 februárius 16.

Berzeviczy Márton Blotz Hugónak.

S. D. Litteras tuas una cum rationibus sumptuum vestrorum R^{mo} episcopo Vesprimensi² reddidi, cui de puero illo alendo meam sententiam

¹ A Paduában tanuló Kovacsóczy Farkasnak Báthory István erdélyi fejedelemről írt és Velencében (1571 szeptember elsejét kelettel) kiadott oratioja; Szabó Károly: Régi Magyar Könyvtár III. k. 611. sz. a.

² Liszthi János választott veszprémi püspök.

aperui. Promisit, se tibi de omnibus rescripturum.¹ Me adhuc humaniter complexus est. Quintus dies est, ex quo huc venit. Neque principes, neque Caesar² advenerunt, illi propediem sunt adfuturi, hic vero fini tantum comitorum intererit. Varadinensis³ et Strigoniensis⁴ non obscure ostenderunt, tuas litteras ipsis esse gratas. Noster Nicasius⁵ basilice valet et ad te scribit. Brevis amandabitur David Ungnad cum pensione annua Caesaris Constantinopolim. Nam de societate ineunda foederis pontificii⁶ nihil hic auditur. Puto hunc annum silentio extractum iri. Si quid in his comitiis explorati habebimus, scribemus ad te. Discipulo tuo, eleganti adolescenti, verbis meis salutem dices. Bene vale, mi Bloti, et saluta Georgium,⁷ cuius virtutes nuper in mensa heri sui episcopi gnaviter collaudavi.

Posonii, XVI. Februarii 1572.

Tui studiosissimus

Martinus Berzeviceius.

Külczíme: Al molto Magnifico et Excellentissimo Signor Hugone Blotio gentilhuomo Fiamengo, Signore mio osservandissimo. Padua in Porcia in Ca Pesaro.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 94. levele.)

10.

Velencze, 1572 februárius 18.

Gyulai Pál Blotz Hugónak.

Paulus Julianus Hugoni Blotio suo. S. P. D.

Litteras ad me tuas D. Volfangus,⁸ contubernialis tuus, hodie mihi reddidit, in quibus me, ut illi in emendis quibus fructibus adesse, petis. Recte igitur, mi doctissime Bloti, amanterque factum abs te est, quod a me loro absis, opera tamen mea utendum tibi esse duxisti. Sic itaque velim existimes, me quidem ex eo, quo te primum tempore novi, ita tuarum virtutum amore, tuaque humanitate tibi esse devinctum, ut nihil accidere posse putem, in quo non tibi perlibenter gratificari studeam. Ac nunc quidem nescio, quo pacto ita accidit, ut cum essem ad iuvandum dominum Volfangum paratissimus, (si quidem iuvari is a me in hoc minimi momenti negotio potuisset) sine me res tua ex sententia confecta est.

Quod ad meum scriptum, quod petis, attinet, agnosco in eo tui erga me animi affectionem, et sane vellem, eum me vel esse iam, vel futurum deinceps esse, qui aliquid auribus tuis dignum ad legendum dare posset. Sed tyro sum, qui ex inscitaiae tenebris pedem modo movere coepi, promovi certe aut parum, aut nihil. Mitto ad te nihilominus meae quinquaginta dierum lucubrationis fructum, non ideo mehercle tibi, ut eo afferre ullam delecta-

¹ Irt is 1572 március 7-én; kiadva a Történelmi Tár 1907. évf.

² Ekkor II. Miksa magyar király.

³ Váradí püspök Bornemisza Gergely.

⁴ Az esztergomi érsek 1569 óta Verancsics Antal.

⁵ A flandriai származású Ellebodus Nicasius (Blotz földije) pozsonyi kanonok, ki szintén Paduában tanult s az 1569—1571 között években is ott találjuk.

⁶ Római pápa ekkor 1566 óta V. Pius.

⁷ Hofmann György pozsonyi ifjú, aki akkor még szintén Paduában tanult.

⁸ Kovacsóczy Farkas, ki ekkor Paduából Velencébe átment.

tionem me posse existimarem, sed ut tibi, hoc est, amico carissimo, petent morem gererem. Mitto autem hac lege, ut ad resurrectionis Christi festum¹ abs te recipere iterum possim. Est enim id, quod mitto, dialogi exemplum Fausti Verantii, quod sua is manu sibi descriptis.² Alterum namque, quod ego habebam, ipse Viennam mittere coactus sum. Id vero, quod iam habeo, non a quoque, nisi a me ipso legi posse, ita partim lituris, partim chartarum distractione totum est contaminatum. Hoc vero te, mi iucundissime Bloti, admoneo, ut si aliquas horas in hoc perlegendo dialogo perdere volueris, id tibi persuasum habe, post singulosque periodos in memoriam revoca, me materiam solum aedificandi operis, lapides nimirum et ligna concessisse, formam nullam, nullum ornatum adhibuisse.

Dabo operam, nacto idoneo ad hanc rem otio, ut maiore diligentia perscribam et hoc quicquid totum aliud faciam. Usus sum, ut videbis, stilo satis inculto et horrido, ut qui inter barbaros philosophos, Arabes et Latinos versatus, ad elegantiores litteras legendas, toto triennio, quo habitavi Patavii,³ recurrere non potui. Cum igitur alia fortasse limatiore ad scribendum oratione accessero, tibi libenter hunc dialogum legendum dabo, tuamque de eo indicationem requiram.

Nunc si legeris duo solum in eo perpende: intentionem et ordinem, quo rem inventam disposui. Caeterum nihil.

Vale, mi amantissime et doctissime Bloti, meque tui amantissimum ama, et dominum Listhium meis verbis saluta.

Tibis curae fuisse meum de libris graecis mandatum vel potius petitionem, mihi perquamgratum perque optimum est. Sed iam cesso. Has litteras praesente domino Volfango festinatissime scripsi. Scripsi autem, quicquid in buccam venit. Scis enim id, quod cum iudicio suscipitur, sine iusto tempore fieri non posse.

Venetis, die 18. [Februarii.]⁴ Anno 1572.

Non relegi litteras.

Külczime: Doctissimo et humanissimo viro Hugoni Blotio Belgae, amico meo carissimo. Patavium.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 188. levele.)⁵

11.

Bécs, 1572 március 11.

Gyulai Pál Blotz Hugónak.

Paulus Julianus Hugoni Blotio Belgae, amico suo optimo. S. D.

Salve, mi Bloti. Ego itinere usus satis foedo et difficulti, Viennam 8. die Martii perveni. Eius diei vesperi, quo huc appuli, ita contigit, ut una cum Thoma Milithio, R^{mi} episcopi,⁶ ut vocant, secretario coenarem. Tum

¹ Húsvét, mely ez évben április 6-ikára esvén, e sietségből hiányosan keltezett levelet Gyulai (útban hazafelé) bizonyára februárius 18-án írta.

² Verancsics e munkája ismeretlen.

³ E szerint Gyulai Pál 1569-ben jutott a paduai egyetemre.

⁴ Mivel nagyon sietett, ez a szó tollában maradt.

⁵ E levél mellett hever 189. sz. a. egykor másolata, hibásan 1572 október 5-iki kelettel ellátva.

⁶ Liszthi János veszprémi püspök.

temporis tuas ad se is litteras a me accepit, perlibenterque et percupide legit. Is multa de vobis amanter est ex me sciscitatus. Altero die R^{mum} accessi vestrasque illi litteras dedi. Hominem ego, qui suapte natura durior morosiorque quibusdam esse videtur, valde facilem offendit. Collocutus cum [eo] sum partim de vobis, partim de rebus satis copiose, de vobis omnia, quae dixi, libenter audivit. Heri fui apud Sambucum.¹ Accepit et legit tuas litteras. Cratonem nondum vidimus. Alia, quae mihi abs te mandata fuerunt, curavi. Scriberem ad te, carissime Bloti, pluribus verbis, si esset mihi otium. Scribam alias. Nunc vale et Cindilinum² meo nomine saluta.

Viennae, 11. Martii 1572.

Remisi tibi 8 Ungaricos aureos. Gratias tibi ago, quod me iuvisti egentem.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor Hugoni Blotio, amico mio osservandissimo, Padoa.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 98. levele.)

12.

Pozsony, 1572 április 7.

Berzeviczy Márton Blotz Hugónak.

S. D. Nicasius cum has exarare vellem, dixit, se brevi tibi rescripturum.³ Hanc autem epistolam scribo petitione Serczegi ductus, qui te rogatum esse vult, ut annulum vel potius signum eius isthic absolvendum curares. Nam haec mora illi videtur molestissima. Quaeso et ego, mi Bloti, eius causa, fac ut amicitiam tuam hic noster amicus experiatur. Non erit immemor tuae humanitatis, ad te sumptum quamprimum remittet. Nescio, cur sileas, iam bis scripsi, tu ne semel quidem rescribis. Nos propediem hinc discedemus rebus infectis, nam omnes res in proximam dietam, quae mense Septembri inaugurationi novi regis nostri Rudolphi indicetur, dilatae sunt. Quatuor florenorum tributum in singulas ianuas ad biennium Caesari obtulimus. Metuimus Tartarorum insultum, ad Giulam quoque ad quadringentos milites nostros Turcae profligarunt, nos interim magna munera pro iniuriis Turcae paramus, quae propediem Byzantium devehentur legato Davide Ungnado. Salvere iubeo tuum discipulum Ioannem Listhium, optimae spei adolescentem. Sed quorsum tuus hortus, quem in area tua erexit? Fortasse instituendis medicinae studiosis praeparas. Pugnandum erit tibi cum Guillandino,⁴ in cuius messem videris immisisse falcem. Bene vale, et salvebis a Nicasio.

Posonio, 7. Aprilis 1572.

Tui studiosissimus

Martinus Berzeviceus.

Inclusas litteras velim mittas Florentiam.

¹ Zsámboki János, a ki a hatvanas években tanult Paduában.

² Cindel (Zindelinus) Farkas Passauból.

³ Ekkorra Ellebodus tehát már hazatért Bázelból.

⁴ Guillandinus Menyhárt Königsbergból való orvos, a ki 1561 óta élt Paduában, hol a botanikus kert előljárója, 1574 óta pedig *demonstrator plantarum* volt, 1589-ben bekövetkezett haláláig.

Külczíme: Al molto Magnifico et Eccellente Signor mio osservandissimo, il Signor Hugone Blotio, gentilhuomo Fiamengo. Padova, in Ca Pesaro.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 110. levele.)

13.

[Bécs,] 1572 április 16.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S. Emi septem marmora ante annum a doctore Cauino Patavino, negotiator est Maes[ser] Simon librarius. Mitto nunc pretium. Oro, mi Bloti, omnibus rebus ei adsis, curetis capsules vel binis capitibus singulas vel singulis singulorum, quo sine offensa narium vel auricularium huc perveniantur. Impensas curabit et vectoram Venetias ipse Simon vel vos interea. A Magnifico praefecto Patavino vel daziariis testimonium Venetias impetrabitur, esse tantum marmora pro curia Caesareae Maiestatis, ne Venetiis in fontigo capsules solvantur et molestis iterum impensis componi cogantur. Facies mihi rem gratissimam, si vestrum hominem una Venetias conductorem in tutum mandaris, ut in fontigo tradantur negotiatori et factori Eyslerorum, qui in fontigo cameram suam habent. Sunt celebres mercatores Viennenses, Andreas et Sebastianus Eysleri, affines mei; ii caetera curabunt. Habent iidem litteras a Sua Maiestate pro libera ab oneribus viarum vectura. Vale et hoc officio me nostramque necessitudinem cumulabis. Si opus est, accerse quoque Hofmannum et alios. Quidquid impensum erit, restituetur. Vale.

16. April. 1572.

Reverendissimus noster cras Posonio advenit. Electus est Rudolphus in regem Ungarorum.

Külczíme: Al molto Magnifico Signor, il dottor Hugo Blotius, preceptor del Signor Giovanni Listhio etc. amico osservandissimo. Padova in presso al Signor dottor Mantua.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 117. levele.)

14.

Bécs, 1572 április 22.

Berzeviczy Márton Blotz Hugónak.

S. D. 12. die Aprilis solutus est conventus noster Posoniensis, 16. cum hero tuo Viennam veni. Nicasius discedenti mihi tradidit fasciculum litterarum, quem cum his tibi mitto. Nihil propemodum in his comitiis actum. Omnes deliberationes ad proxima dilata. Dies est statutus Septembris octavus, tum etiam novus designatus rex Rudolphus inaugurabitur. Stephanus Dobó libertati restitutus est, Caspari quoque Homonnai gratia facta, intercedentibus pro eis principibus. Noster patronus¹ valde frigide mecum

¹ Liszthi János püspök, kit Dietrich Márton besúgásával elidegenített Berzeviczytől.

agit, non potui ab eo impetrare, ut mihi aditum ad Caesarem permisisset, adeo hominem morosum semper deprehendi. Caesar hodie a prandio ad Thermas¹ proficiscetur. Ego in patriam ibo frustra hoc bimestre spatium hic consumsi consilio Listhii nostri. Aequo animo et id feram. Pro Georgio nostro amantissimo saepius apud heres intercessi. Clausula qua in litteris usus est, se perdidit. Patronus ne audire quidem vult cum quis de eo loquitur, ita est exacerbatus. Vellem, ut quamprimum rediret. Fortasse praesentia iram hominis facilius mitigabit quam amicorum preces. Listhius heri podagra in brachiis valde est vexatus, prae doloris impacientia ingeminasse eum aiunt. Bene vale et saluta verbis meis tuum discipulum, summae spei adolescentem.

Viennae, 22. Aprilis 1572.

Tui studiosissimus

Martinus Berzeviceus.

Salutabis verbis meis omnes amicos meos et praecipue dominum Pinellum.²

Külczime: Al molto Excellente et Magnifico Signor Hugone Blotio dottore di leggi, Signore suo osservandissimo. A Padoa in Porciglia in Ca Pesaro.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 121. levele.)

15.

Trento, 1572 április 25.

Hofmann György Blotz Hugónak.

S. P. D. Hodie Tridentum venimus, cras reliquum itineris aggrediemur. Equos recentes conduximus quinis coronariis Oenopontem usque. Caro quidem, sed quid faceres. Ii enim, quibus in Tridentino itinere utebamur lassitudine fessi, ulterius iter tolerare vix posse videbantur. In hoc autem oppido cum sit exigua equorum copia, ii erant conducendi, qui nobis offerebantur. De tuo credito egi non solum cum Cubinio, sed etiam cum Nicodemo nostro. Etsi enim Cubinius pecuniam, quam mihi mutuo dedisti, meo nomine restituturum se tibi primo quoque tempore promiserit, tamen cum recordarer, Cubinium parentem satis parce filio suppeditare solere sumptus atque hunc non parum alieni aeris iam antea conflavisse, quod illi necessario dissolvendum erit, tutius tibi providere volui, nempe ut Cubinio quidem non solvente Nicodemus tibi pro me satisfaciat, hoc enim mihi est pollicitus, tu, utrum velis, convenies. Si ne hi quidem solverint, abs te admonitus ipse tibi debitum persolvam. Litteras, quas ad Nicasium scribis, legi, quae sunt et plene scriptae, et tui erga me amoris argumentum evidentissimum continent. Si quae praeterea in mei commendationem scribi poterint, ne id per veredarios facere omittas, rogo. Ad R^{mum} etiam Varadiensem aliquas litteras des, velim. Bene vale, mi Bloti, atque me, qualem

¹ A badeni meleg fiúrdők értendők.

² Az 1535-ben született Pinelli János Vincze jogtudor, ki azonban orvostudománynal, történelemmel, mennyiségtannal és nyelvészettel is foglalkozott; Paduában halt meg 1601 augusztus 4-én.

hactenus cognovisti, futurum in perpetuum existimas. Listhio nostro charissimo salutem ascribo, reliquos etiam contuberniales tuos meo nomine salutes.
Datae Tridenti, 25. Aprilis 1572.

Tui studiosissimus et amantissimus

G. Hofmannus.

Külcíme: All molto Magnifico Signor Hugoni Blotio, gentilhuomo Fiamengo, amico mio charissimo, a Padova, appresso il Mantua.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 123. levele.)

Megjegyzés. A levélíróról Blotz Hugó (a 9690. kötet 63. lapján) ezt jegyezte fel: Georgius Hofmannus, in camera Cassoviensi regius secretarius, clens autem episcopi Vaciensis;¹ egy előbbi levelén pedig, a 9708. k. 37. lapján: Georgius Hofmann Hungarus, Argentinæ olim auditor meus, nunc in aedibus Catharinae Murarae al Pozzo della vacca 1571.

16.

Pozsony, 1572 április 30.

Hofmann György Blotz Hugónak.

S. P. D. Quas ad me Nicasius litteras dederat de patroni mei ira conscriptas, ad 23. Martii² diem tuis involutas accepi. Eas a Nicodemo resignatas doleo, cum huius rei nullam illi fecerim potestatem, sed resignatas iam ante perlegisse te gratum mihi est. Credo pleraque eorum esse, quae litteris Nicasius commiserat. Iratum enim mihi plane fuisse episcopum meum³ ex pluribus cognovi, sed eam iram, ut subito susceperebat, ita etiam statim deposnit. Unde factum est, ut prius illum placatum mihi senserim, quam iratum fuisse sciverim. Neque enim recte epistolam perpenderat, in qua factam sibi contumeliam putabat, si quidem, quod ego cum conditione posui, ille absolute acceperit, itaque cum ad se reversus epistolam relegisset et verborum sensum animo coepisset, iram paulatim remisit, interim aliis sibi a me redditis literis fuisse dixit, argumento et stylo leniori conscriptis, quibus, quod sibi magnae essent voluptati, quicquid reliquum fuit irae, sublatum fuisse, me cum redirem, benevole accepit, a quo tempore ita me tractavit, ut facile apparet, me ab illo magnum in modum diligi et meam illi vitam summae curae esse agnoscam. Tuas ad Nicasium litteras legi, quibus mea laudes pleno ore in coelum extolis. Plura omnino mihi tribuis, quam vel virtus mea meruit vel mea in te merita, quae nulla sunt, requirunt. Si illas laudes eo praescripsisti, quod me illis dignum existimares, agnosco amorem tuum erga me singularem, quo impulsus maiore mihi, quam quibus dignus sim, ascrabis, sin ideo me praedicas, ut hoc requirenti mihi rem gratiam facias, in eo quoque tuam agnosco benevolentiam tuumque commondandi mihi studium probo. Sed cum a te petii, ut Nicasio de me scriberes, non hoc volui, ut meas illi virtutes celebrares, sed ut illum rogar es, mihi sua auctoritate et gratia, qui apud episcopum meum valet plurimum, praesto

¹ Ujlaki János váczi püspök.

² Tévesen írva így : Mai.

³ Liszthi János veszprémi püspök.

esset, si ita res postularet. Eas literas cum ad me Nicasius misisset legendas, patrono exhibui, quibus lectis magnam me gratiam apud illum inivisse cognovi. Quas vero ad me dedisti, breviores erant. Sed tamen illas patronus legit et cupid omnes videre, quae ab amicis afferuntur, non mehercle alia de causa, quam quod variarum epistolarum lectione delectetur. Itaque cum ad me scribes (quod etiam patroni causa facias quam saepissime), ita tuas literas accomodes, ne legentis illius aures res aliqua offendat et ne conspirationem aliquam infer nos initam fuisse suspicetur. Quatuor aureos, quos mihi credidisti, nunc tibi mississem, nisi accepisse te ab iis, quos solvendi reos tibi obtuleram, putassem. Nam Cubinio quadraginta aurei non ita diu pro viatico sunt missi, ex quibus credo illum tibi satisfecisse meo nomine, cum hoc facturum se mihi receperit. Sin ab illo nihildum accepisti, nec spes est solutionis, fac sciam, ego certe curabo, ut debitum primo quoque tempore recipias.

Habebitis Pisis brevi pepones et melones, eorum semina diligenter colligere et ad me transmittere te volo, sed praestantissimorum, quia vilium hic quoque magna suppetit copia. Memini anno superiori pepones me edisse non admodum magnos, sed rotundos, mira saporis iucunditate et dulcedine, cortices habent squamosos leprae instar. Maturiscunt ubi alii pepones fere exoluerunt; de illo genere mitti volo. Novi nihil habemus. Die 7. Septembris designatus erat Rudolphi, imperatoris filii, in Hungariae regem inaugurationi. Eam rem propter annonae inopiam in aliud tempus dilatum iri putant. Quae isthic nova habentur, ad me quaeso scribas. Listhium tuum meo nomine officiose salutes et ut ad me scribat admoneas. Sed et domesticis tuis caeterisque amicis communibus salutem dicas. Vale ceterum, charissime mi Bloti, et me, ut facis, ama.

Posonii, pridie Calendas Mai 1572.

Tui amicissimus et studiosissimus

G. Hofmannus.

Külczime: Al Magnifico Signor, il Signor Hugo Blotio, amico mio carissimo, a Padova, in Porcia, appresso il dottor Mantua.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 124. levele.)

17.

Bécs, 1572 május 27.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

Martinus Dietrich Domino Hugoni Blotio etc. S. D. P.

Si vos bene valetis, gaudeo et gratulor vehementer. Nos belle omnes habemus. Misi nuper novem nomine Domini Serczegi, nunc ducentos Ungaricos iussu R^{mi} domini nostri fideliter preferendos, dedi magistro vendariorum, quorum praemium iam persolutum. Pro litteris pariter omnibus, quas hactenus accepimus a vobis quasve nos vicissim transmiseramus, solvimus, acquiescit nunc. Posthac vero vult, ut concludatis hac lege: ut hic pretium sibi litterarum detur, aut Patavii integre, aut vos dumtaxat pro illis solvatis, quae hinc adferuntur. Nos vestras redimamus, sed ut vere fatear id, quod sentio, prima enim magis arridet sententia, vos enim magis pecunia indigetis, quam nos, quibus quotidie nihil nisi pecunia. R^{mo} domino velim tuam hac in re adaperias sententiam quamprimum. De Margaretha,

quod cupis ex me scire. Certo statuas me diligenter disquisivisse, sed scito, me illam non vidisse. Ea quidem semper distraxi curam, sed me fefeller opinio. Invenio ipsam, nemini fidem adhuc dedisse, et esse probam, pudicam, piam, honestissimisque parentibus procreatam, sed pauperculam, quae paupertas multos deterret. Sperat tamen aliquid a domina, cui fideliter iam diu servivit, imo ab ipsa educata est liberaliter. Senex repulsam est passus, ut intelligo, quamvis ipse negat. Adduxit filium R^mi domini istis diebus in Baden, quo cum adhuc ibi est. Puer apud patrem manebit. Rosenberger captivus in arce imperatoris hic mortuus est hac septimana, sepultus ad Divum Stephanum. Haec raptim, proxime uberior omnia ad tuam Excellentiam perscribam. Nova, si quae sunt, fac rogo sciamus. Iterum atque iterum vale et me ama. Salutato dominum Ioannem officiose et nostros omnes.

Viennae, 27. Maii. Anno 72.

Tuae Excellentiae ex animo studiosissimus Martinus Dietrich.

Külcíme: Al Excellentissimo dottor, il Signor Hugo Blotio, gentilhuomo Fiamingo, padron et amico meo honorandissimo. A Padova. Alli Eremitani.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 132. levele.)

18.

Bécs, 1572 június 16.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. P. D. Scripsi nuper ad te, Excellentissime vir, de illo, quod scire cupiebas, meam sententiam, addidi et aliorum opinionem. Ego namque non novi, nec vidi honestissimam virginem, miror itaque, cur me apud dominum Serczegium de negligentia litterarum accuses, cum ego vobis imprimis complacere studeam, nihilque vestra amicitia antiquius mihi censeo. Fortasse negligentia tabellarii perierunt litterae. Ego profecto sedulo scripsi omnia, quae audivi. Si vis verum cognoscere, perfer et exspecta, quotidie huc exspectatur dominus sua cum aula. Ibi melius omnia potuero expiscari. Nova haec sunt, si ignoras. Hodie eligitur locumtenens per Hungariae archiepiscopum, omnes clamant, cras certo sciemus. De comitiorum die quoque cras in consilio deliberabitur, quae omnia ubi certa habuero, ad vos perscribam. Dominus Chiaky¹ in Transylvania obiit 17. die Maii. Forgacz² est in parva autoritate. Omnes profecto, qui huc ex Transylvania veniunt (veniunt autem quotidie multi), maledicunt et lacerant illum turpis simis verbis: Nescit stylum Ungariae et multa sibi tribuit. Haec tibi. Domino Listhio ex me salutem plurimam. R^mus dominus convaluit, laus Deo. Febris recessit, cruditas quoque et dolor stomachi remisit. His vale feliciter.

Raptim Viennae, 16. die Iunii. Anno 72.

Rogo ut has restituas. Nicodemum salutate officiose. De speculis illum admonitum et rogatum mirum in modum velim.

Tuae Excellentiae ex animo studiosissimus Martinus Dietrich.

¹ Irva hibásan így: Czaky.

² Forgách Ferenczet érti.

Külczime: Al molto Magnifico Signor Hugo Blotio, dottore excellen-
tissimo, padron mio osservandissimo. A Padova. Alli Eremitani.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 134. levele.)

19.

/Bécs, J 1572 június 25.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S. Serius rescribo, quod absens fuerim. Interea vos pecuniam accepistis. Ego sollicitavi omnibus modis sumptus et causam tuam solvo. Credo me aliquid profecturum. R^mus dominus, quod tibi scribo, lethaliter laborat, ut heri de vita fuerit eius desperatum. Sed hodie nonnihil se colligit; ostendit spem medicis meliorem. Absit mors. Simoni rescripsi, misi hactenus 123 ducatos et tres Portugallorum, facit ad 127 ducatorum pro 6 libris, reliqui sunt 33 pro iis. Si Simon recuserit, spondeas, sine damno tuo facies. Causa est, cur id velim, dum marmora huc pertineant, efficite, oro, in eis includendis sive illis adhibitis pectoribus, ut duobus somis commode Eysleri in fontigo huc queant mittere. Beabis me, beneficium non levidense gratia emetior.

Vale, raptim dum eo ad visendum Reverendissimum. 25. Iunii 1572.

Simon scribit de 100 ducatis, cum ego postae polonicae 123 dederam et antea miseram arram 3 Portugallenses.

Külczime: Al Excellentissimo et Magnifico Signor dottor Hugo Blotius, amico suo honorandissimo detur. Padoa, appresso il Signor dottor Mantua con Signor Ongaro Giovan Listhio. Cito, cito.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 136. levele.)

20.

Bécs, 1572 június 29.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. D. Redditae sunt mihi litterae Excellentissimae Dominationis, [V^{ræ}], credo ante quatriduum, quibus intelligo, vos nondum pecuniam accepisse. Redarguis me certe graviter. Nolo, putas me aliquid ita imprudenter acturum. Habeo et testes et chyrographum ab ipso, nec dicit sua culpa evenisse, sed tabellariorum, qui illa hebdomada nollebant currere. Putat itaque iam certo vobis datam pecuniam. Sum igitur innocens, et careo omni culpa hac in parte, quod negligentius perforuntur. Ego sequenter denuo mandavi illi, ut scribat ad fratrem suum, ne vos remoretur illa. Melius ibi rescire potes causam tarditatis. Pecunia est certa. De reliquis breviter narro, quod comitia seu coronatio Posonii habebitur: ad 8. diem Septembris. Dux Ioannes Wilhelmus est hic cum uxore¹ et Friderici quoque captivi principis coniux

¹ János Frigyes szász herczeg 1563-ban nótáztatván elfogatott s később Bécs-újhelyre vitetté élethossziglani fogsgomba, hová felesége, Erzsébet is önként követte 1572-ben s ott is halt meg 1594-ben, mik maga a herczeg 1595 május 9-én a felső-ausztriai Steierben.

huc venit. Quid in causa sit, non habeo affirmare. Polliceri possum etiam acceptos imperatori. Archiepiscopus Strigoniensis declaratus est hodie in missa, quam celebravit locumtenens Hungariae. R^mus dominus noster adhuc graviter decumbit profecto post thermas istas, dolore dumtaxat ventriculi. Nos omnes recte habemus. Vos belle valere cupimus. Salutato officiosissime dominum Listhium omnesque meos salvare iube. Serczekius pariter febricula quadrienali decumbit.

Viennae raptim, 29. die Iunii. Anno 72.

Ignoscas rogo festinationi, alias diligentius. Hac hora regales expedire cogimur. Etiam atque etiam vale. Salve.

Tuae Excellentiae studiosissimus

Martinus Dietrich.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor mio osservandissimo, il Signor dottor Hugo Blotio etc. padron mio osservandissimo. A Padova.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 137. levele.)

21.

Pozsony, 1572 július 16.

Hofmann György Blotz Hugónak.

S. P. D. Quod tot meis litteris lacessitus, nihil ad me scribis, iratum te mihi suspicor. Debitum te fortassis movet, quod hinc tibi iam missem, nisi vel Cubinium vel Nicodemum aut iam satisfecisse, aut satisfacturum meo nomine putarem. De quo quia neque abs te, neque ab alio quoquam mihi certi aliquid scriptum est, in solvendo sum coactus esse tardior. Tu ad me, quaeso, clare perscribas, numerata ne tibi ipsis sit pecunia nec non, et an tibi ipsis solvere velint. Re cognita, nisi officium fecero perfidus sim.

Nicasius nunc iam tertiam hebdomadam Posonio abest. Quas illi proxime scripsisti litteras, ego habeo, redditurus illi cum primum venerit. Novi nihil habemus. Ad 8. diem Septembris futura est Rudolphi, imperatoris filii nati maximi, in regem Hungariae inauguratio Posonii solemniter peragenda. O, quam vellem tum adesses, multa certe videres, quorum recordatio dulcis et grata esset tibi in perpetuum futura. Aiunt, Hispaniarum regem¹ Ioannem Austriacum² cum classe revocare, ut Hispaniae provinciis, quibus Gallorum rex et Genuani bellum facere cogitant, praesidio sit, et Venetos suarum virium desperatione abiectis armis pacem ab hoste implorare. Quod quale sit, ad me quaeso scribas. Vale felicissime et me ama.

Posonii, 16. Iulli 1572.

Tui studiosissimus

G. Hofmanus.

Domino Listhio salutem ex me dicas atque etiam tuis aliis contuber-
nalibus.

Külcíme: Virtute et doctrina praestantissimo domino Hugoni Blotio, iureconsulto eximio, amico suo plurimum colendo. Patavii.

Alatta Blotz kezével: Receptae 14. Novembris 1572.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 139. levele.)

¹ Ekkor II. Fülöp.

² Don Juan d'Austria, a lepantoj győző.

22.

Bécs, 1572 július 21.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. P. D. Excellentissime vir, scio quam sis cupidus rerum novarum, nec ignoro peregrinarum, quam gratum et iucundum accidat, cognoscere quae alibi id est domi eveniunt atque geruntur. Quare haec brevissime ad vos exarare volui. Primum scito, quod rex Poloniae¹ diem suum in Christo obiit septima die huius mensis. Et ideo imperator legatos misit ad proceres in Poloniā his diebus. Princeps legationis est dominus Proskowski. Causam quilibet potest perpendere, ut scilicet filius successor eligatur, sed quo pacto succedet, cogita. Iam Turca cum Moldavo² bellum aperte indicunt et negant foedus post mortem durare. Danubis et Morava (quod secundo te cupio scire) praeteritis diebus in tantum exundarunt, quod omnes desperarint. Aqua abstulit ex Austria omne fere foenum, triticum et reliqua omnia, quod similiter Ungariae accidit. Laboratur vehementer. Apud nos sunt inventi die lovis³ homines, boves, equi mortui, multis in locis oppida corruerunt. Heri princeps Saxoniae Ioannes Wilhelmus hinc movit in Saxoniam properans. Uxor fratris manet adhuc in Civitate nova⁴ apud maritum, permissu imperatoris. Nos post comitia et coronationem Rudolphi Vratislaviam⁵ cogitamus. Fama est, Venetos magnum a Turcis damnum accepisse. Regem item Hispaniae suam classem revocare, et ita foedus dissolvi. Item quoque ducis Albensis fratrem aut filium (dubitant in hoc) ab Hugenotis captum et suspensum cum quadraginta Hispanis esse, rumor est apud nos. Scitote Petrum Serenii, qui officium dapiferi hic in aula nostra obibat, mortuum esse ante quatriduum. Iuvenis robustus sane. Dominus quoque adhuc graviter decumbit. Qua ex causa domina Sopronio venit huc cum liberis. Puellam vidi, de qua scripseras Posonium mihi. Placet profecto; sed nondum cum illa sum locutus, at faciam, ut mores et animam expiscar. Tandem ad te omnia sedulo. Haec raptim scripsi. Tota domus vos officiose salutat. Ego vos etiam atque etiam salvare iubeo et bene valere. Nos perbelle habemus.

Vigesimo primo die mensis Iulii. Anno 1572. Vienna.

Omnibus meo nomine salutem.

Tui ex animo studiosissimus

Martinus Dietrich.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor Hugoni Blotio, gentilhuomo Fiamengo etc. padron mio carissimo. A Padova.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 138. levele.)

23.

Bécs, 1572 augusztus 4.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. P. Gaudeo et laetor vos bona uti valetudine, quod ex Cubinio nostro nuper intellexi, qui adhuc hic certas ob causas perseverat, cogitans quotidie de suo in patriam discessu fauste et feliciter suscipiendo. Cui ego omni auxilio et

¹ Zsigmond Ágost, kivel a Jagiello-ház kihalt.

² Moldvai vajda ekkor: János.

³ Vagyis július 17-én.

⁴ Magyar neve: Bécsújhely.

⁵ Breslau magyarul Boroszló.

consilio (si quod in me est) adesse conor. Nicodemus ante meum ex patria redditum in Moraviam praepropere discessit, quod mehercle graviter fero. Nova apud nos sunt, quod R^{mus} dominus noster electus sit 28. Iulii episcopus Iauriensis,¹ et Stephanus Radecius Agriensis,² qui in suum Iorum suffecit episcopum Tininiensem.³ Sic commutata sunt officia episcoporum. Venit Calendis Augusti episcopus Pragensis,⁴ qui, ut fama volat, in Poloniam cum domino in Pernstain⁵ ad sepeliendum regem mittetur hoc mense. Nos interim Posonium ad celebranda comitia et deligidendum regem properabimus, quibus omnibus rite et solemniter peractis, tandem in bruma Cracoviam iter habituri sumus, inde Pragam, ubi pariter sceptrum regi tradetur. Haec ita iam in consilio disposita scito. Dubium est adhuc de imperii comitiis, quae nonnulli proxima aestate futura praedicant. Comes Eckius a Salmio⁶ duxit uxorem dominam Thoeroek Ferenczin, nuptiae brevi celebribuntur. Kendy manet in aula cum Bornemisza.⁷ Domina cum liberis domini adhuc hic commoratur, sed certo non vidi illam, quia latent semper absconditae in cubiculis suis. At conabor et perquiram, si vis, de illa, de qua antea etc. Dominus R^{mus} adhuc aegrotat, sed remisit dolor, laus Deo. Haec nunc. Salutant vos omnes amici familiariter et officiose. Cubicularius quoque domini decubbit, sed est extra periculum. Etiam atque etiam valete et nos amate.

Raptim 4. die Augusti. Anno 72. Vienna.

Tuae Excellentiae studiosissimus

Martinus Dietrich.

Külcíme: Al Excellentissimo dottor Hugo Blotio, gentilhuomo Fiamengo, padron mio osservandissimo. A Padova. Alli Eremitani, appresso il dottor Mantua.

Kis czédulán: P. S. Qui de Venetorum classe rumor, spes aut metus, scribe quae. Mihi iam deest, quid scribam, multa, at inania.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 145. levele.)

24.

Bécs, 1572 augusztus 5.

Kendy Farkas Blotz Hugónak.

Volfangus Kendius Hugoni Blotio Belgae S. P. d.

Celeriter et brevissime quidem scriptam accipe, Bloti, epistolam, nostrae amicitiae et promissorum meorum complementum. Nos valemus, te quoque plurimum valere desideramus. De statu nostro tunc erimus certiores, cum sanitas antistiti Tauriensi a diis immortalibus reddita fuerit. Nova pauca habemus, forte et illa ab aliis perscripta. Nunc certe mihi nec illa, nec alia plura scribendi datur occasio, faciam aliquando, ne desideretur abs te dili-

¹ Liszthi János eddigi veszprémi püspök választatott győri püspökké, de csak 1573 januárius 31-én erősítetett meg méltóságában.

² Egri püspök maradt 1586-ig.

³ Fejérkővá István knini püspök Liszthi helyére ment veszprémi püspöknek.

⁴ Brus Antal, 1561—1580 közt.

⁵ Pernstein Wratislav cseh főnemes, II. Miksa kamarása.

⁶ Egg Graf zu Salm und Neuburg am Rhein császári tanácsos és győri kapitány.

⁷ Rogoznai Bornemisza Márton.

gentia mea. Ego te et amabo et observabo, dum vivam. Vale, et nos in tui amore vivere persuade.

Vienna, Nonas Augusti 1572.

Külczime: Docto et integerrimo viro D. Hugoni Blotio, Belgae, praceptorum ornatissimi adolescentis domini Ioannes Listhii iunioris, amico optimo. Padoa in Porciglia.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 146. levele.)

25.

Velencze, 1572 augusztus 23.

Gyulai Pál Blotz Hugónak.

Paulus Iulanus Hugoni Blotio Belgae, amico optimo. S. P. D.

Litteras hodie ex Ungaria Germaniaque accepi, partim a Kendio nostro, partim ab aliis amicis. Cum iis hae quoque ad te allatae mihi sunt, quas hac scheda tibi mitto. De te nihil audio. Nescio equam apud vos recti sit. Ego quidem nunc non satis ex sententia valeo. Passae Budensis, qui potiori inferioris Pannoniae parti cum imperio praest, legatus apud imperatorem esse scribitur. Legionis causam nemo nisi imperator eiusque pauci admodum secretarii intelligunt. Buda aliaeque arces Hungariae finitimae ab Turca muniri coepitae sunt. Hoc est praeter Turcae consuetudinem. Bene vale et si quid habes novi, fac ut nos quoque intelligamus. Listhium nostrum, praestantissimae indolis et magnae spei adolescentem, meo nomine salutari abs te cupio.

Venetiis, 23. Augusti 1572.

Kendius noster scribit, se a Listhio nostro magna cum benevolentia esse acceptum.

Külczime: Doctissimo viro D. Hugoni Blotio Belgae, amico meo· carissimo. Patavium.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 151. levele.)

26.

Bécs, 1572 szeptember 9.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

S. D. Clarissime vir. Iam dudum nihil abs te litterarum habui, causam quae sit plane ignoro. Ego rarius scripsi, ductus spe et expectatione tuarum et quia nec argumentum, nec causam exarandi habui. Nunc quia peregrinis nova grata esse scio, breviter ad vos, quae hic geruntur, perscribo, et quae post hac accident, faciam ut sciatis, pro virili, arguta et artificiosa a me non expectate. Scitote, nos esse in Hungaria, ubi exulat oratio elegans et subtilis, qua et ego olim delectabar. Nova haec sunt. Quod hodie Viennenses cives et circaiacentium civitatum hinc moverunt expectantes principes in Hainburg, qui post biduum movebunt. Principes duo ex Bavaria venerunt die Veneris;¹ heri archidux Carolus appulit cum magna caterva; imperator

¹ Vagyis szeptember 5-én.

podagra laborans sella circumfertur, in arce hodie tamen in Eberstorf prandium sumpsit causa principum, qui venatum exiverunt eo. De discessu tamen imperatoris nihil habeo affirmare; filii antecedent sicut et ipse patrem (piae memoriae) antegressus est, cum sumpsit imperium. Mathias junior heri coepit aegrotare. Bohemi iam hic sunt omnes, Ungari duntaxat Posonium expectantur. Nos cras hinc cogitamus, quamvis dominus R^{mus} ante triduum primum experit egredi, decubuit per quinque menses graviter; quae dein gerentur, sedulo ad vos perscribam.

Nicodemum hodie primum vidi, qui vestram perhonorificam fecit mentionem. Unum dolebat, quod tam tarde pecuniam transmisisset. Sed vacat culpae, mihi crede. Kendius est cum Bornemisza in aula. Cubini domum discessit. Berzevicum in Transylvania esse fama est; nobis pecuniam remisit fideliter. Domina cum liberis domini Posonii erit, splendide vestivit puellas et filium nunc. His valete. Raptim et salvete officiose. Dominus Tiburtius² dubitat de litteris, an domino Ioanni sint redditae, ad quas responsum expectat. Etiam atque etiam valete.

Viennae, 9. die Septembris. Anno 72.

Tuae Excellentiae studiosissimus

Martinus Dietrich.

Nicasius male habet.

Külcíme: Al Excellentissimo Signor Hugo Blotio, gentilhuomo Fiamengo etc. padron mio osservandissimo. A Padua. Alli Eremitani.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 159. levele.)

27.

Madocsány, 1562 szeptember 30.

Kubinyi László Blotz Hugónak.

S. D. Antepenultima die Octobris allatae mihi suns litterae Humanitatis tuae Posonio, ex quibus percipio, pecuniam abs me missam nondum ad vos pervenisse, dum has ad me scriberetis. Verum iam nihil diffido, quin dudum eo perlata sit, et Humanitati tuae quoque octo illi Pannonici a Kovaciocio nostro sint redditii ac omni debita gratiarum actione nomine meo restituti. Libenter autem, mi domine Bloti, tempestivius fidem meam apud vos omnes exolvissem, nisi arduum quoddam patris mei¹ apud Caesarem negotium me Viennae integrum mensem delinuisset, ut satis quidem sollicitus eram de acquirenda pecunia, vobisque Patavium Vienna statim transmittenda, sed cum sim prorsus isthic ignotus, non erat mihi integrum mutuo a quoque petere, praeterquam a domino Serczegio nostro nonnullisque aliis familiaribus, verum laterem tantum lavi. Litteras vestras omnes singulis, ut me facere volebatis, fideliter exhibui. Dominum R^{mum} offenderam graviter decumbentem. Nunc quoque fama est ipsum graviter aegrotare. Pro novitatibus interim communicatis Humanitati tuae magnas ago et habeo gratias, quod et imposterum velim eandem facere, si molestum non erit. De me vero Humanitas tua hoc sibi persuadeat, quod pro officio

² Himmelreich Tiburtius udvari ember.

¹ Kubinyi Kristóf.

mihi praestito semper me fidum ac sincerum amicum sit habitura, quodque omni genere gratitudinis, oblata occasione, iterum sim recompensaturus. Saluto plurimum dominum Listhium nostrum, quem una cum Humanitate tua diu bene ac feliciter valere cupio.

Ex Madaczan, Pridie Kal. Octobris. Anno 72.

Humanitatis tuae studiosissimus Ladislaus Kubini.

Külczíme: Clarissimo viro, domino Hugoni Blotio, nunc Patavii commoranti etc. Domino et fautori suo observandissimo,

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 164. levele.)

28.

[Bécs,] 1572 október 8.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S.

Patronus¹ communis meo imprimis consilio convalescit. Satis malus fuit diuturnum, nenios et spiritus absumpserat, nunc modo ἀναγνψ accurata opus habet. Celebritas coronati Rudolphi copiosa fuit, et omnibus partibus admirabilis, cuius historiam accipies aliquando. Mitto novem ducatos senarum librarium reliquos ad summam 180 ducatorum. Precor alia etc. Te pro necessitudine valde oro, Simonem cohortare, tua opera marmora apte capsulis brica vel tenia, prout commodo gerulorum equorum videbitur componetis. Libere asqoe impedimento teloniorum authoritate diplomatis Caesarei, quod Eisleri in fontigo iam a me habent, conduci poterunt. Quacunque in parte tuo subsidio fuerit opus, Sambuci praesto adsis, beneficium non peribit. Saluta Listhium a me et alias. Ioinus ille vester nunc est ad cancellariae opus redactus estque apud R^{mum} nostrum Listhium.

Vale, 8. Octobris. 1572.

Nuntius cladis secundae, utinam ultimae, nihildum singulare attulit. De prima victoria 16 arcus mei sunt typis aereis Antverpiae editi,² adiungam et rebus nunc gestis plures. In Belgio, post Gallicum facinus, omnia sollicitudinis plena et ad vindictam divinam spectatura.

Külczíme: Clarissimo Hugoni Blotio, doctori etc. amico suo osservandissimo. Padoa. Cito.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 167. levele.)

29.

Pozsony, 1572 október 12.

Kendy Farkas Blotz Hugónak.

Volfangus Kendius Hugoni Blotio Belgae. S. D.

Si ad amicitiam inter absentes confirmandam, aliquid possunt litterae, posse autem nec tibi, Bloti, dubium est, nec cuique esse potest, iure fungor

¹ Liszthi János győri püspök.

² Ez *Don Juan d'Austria* győzelmet dicsőítő „Arcus aliquot triumphales...“ című 1572-iki műve (Régi Magyar Könyvtár III. k. 615. sz.), melynek egy dedikációs példányát a bécsi udvari könyvtár őrzi.

meo munere. Cum enim ego iam antea, dum Patavii essem, pro doctrina tua et virtute et amandum te, et observandum duxisse, feci partim meo more quidem, partim ex officio, ut ad te scriberem, praesertim cum et tua in scribendo diligentia taciturnitatem non pateretur. Quod tu me tantum ames, quantum litteris ostendis, nec miror (me enim tibi tuisque moribus alienum facis) et valde gaudeo. Enim vero nihil duxi unquam antiquius, quam a bono viro amarier. Virtus quidem mea causa non est, ut tibi multum de me polliceri possis, certe meum in te stádium tale est, ut id summmum esse vel iniurato mihi credere possis. In quo ego nunc cognovi Platonis illud amorem inter homines ex conformitate oriri idearum. Litteras meas, quas tu latinas apellas, non video cur appellare possis, cum mihi inter strepitus aulicos, nec si possem, latinari liceret. Sed accipio hoc tuum de me iudicium, cum et Naevius apud Pacuvium, ut refert Cicero, se cupiat laudari a laudato viro. Sed de his hactenus.

Nimirum me sollicitat absentia librorum meorum. Feceris, mi Bloti, mihi gratissimum, si cum Iulano¹ dederitis operam, ut tibi cum primum emittendi eos dabitur occasio, Viennae fideliter apud mercatorem aliquem deponatis. Credo enim te aliquem horum nosse. Ego quidem adhuc novi neminem. Cubinum audivi debitum curare, Nicodemum vero iam curasse. Forte non fallent creditores. Coronationis historiam nolo ad te scribere,² sribent alii, multa prudentissime ipse coniicies. Rerum novarum nihil, nos a vobis omnia expectamus. Vale et me ama.

Posonio, IV. Idus Octobris 1572.

Külcíme: Doctrina morumque elegantia insigni viro D. Hugoni Blotio Belgae at amico optimo. Patavii. In Porcia appresso la casa del' Eccellen-tissimo dottor Manza.

Hátlapján Blotz kezével: Redditae 14. Novembbris 1572.

(Eredeti, a 9739. z. 14. kötet 170. lapján.)

30.

Bécs, 1572 október 22.

Dietrich Márton Blotz Hugónak.

Martinus Dietrich, Blotio S. P.

Heri demum Posonio redii, ubi, quae gesta sint, etsi Listhius noster humaniter admodum me suis roget, ut ordine singula (sicut recepi antea per litteras me facturum) perscribam, tamen quoniam tunc talia, ut decet, copiose satis comprehendere et explanare pusilla haec epistola virium et ingenii mei non est, accedit ad haec, quod Berzeviceus noster recta hinc ad vos contendit, qui tanquam spectator et auditor et inquisitor rerum novarum diligentissimus multo copiosius et verius palam narrare poterit. Multa quoque ex litteris Ioini, qui se nobis adiunxit, intelligetis. Ego vero cum magis otio abundare spero, non committam, ut me accusare possitis negligentiae. Nunc et valetudine impediatur et temporis augustia premor, quare in his excusatum me habebitis. Imperator quotidie huc expectatur, filii duo

¹ A még Paduában lévő Gyulai Pál.

² Rudolf magyar királylá koronázására céloz.

Iamdudum hic sunt natu minores. In Polonia pestis et in Silesia mirum in, modum grassatur. Legati imperatoris adhuc ibi commorantur, congregantur nunc proceres regni, acturi de novo rege deligendo. Hungari regem laus Deo habent, sed prope re infecta discedunt. Nihil enim certi de sede et mansione illius determinatum. Lites quoque miserorum pendent hominum, qui dirimendi causas dumtaxat convenerunt. In alia comitia omnia sunt dilata. Articulos quos concluserunt praecipuos ad vos mittam. His me vobis et nos singulos Deo Optimo Maximo commendabo.

Raptim 22. Octobris. Anno 72. Vienna.

V[ester] studiosissimus

M. Dietrich.

Serczegius claudus in thermis lavat Manerstorpii. Nicasius convalescit. Cubicularius R^{mi} domini nostri Moes in patriam heri discessit hinc.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor padron mio osservandissimo, il Signor dottor Hugo Blotio gentilhuomo Fiamengo. A Padova. In Portia.

Hátlapján Blotz kezével: Receptae 14. Novembris 1572.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 174. levele.)

31.

/Bécs, 1573/ januárius 12.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S.

Dudum suspicatus sum, quod scribis de negligentia veredarii, nam pecuniam dissolvi totam ante sex menses. Acrius cum magistro hinc Petri fratre egí, qui serio mandat, ut proximo cursu apocha mittatur et Simoni vel ipsi doctori Cavino numeretur. Tu igitur vel Simone non aperte urge bonam et commodam inmissionem marmororum, interpone authoritatem, quidquid insuper fuerit, illico fide integra recipietis. Est Venetiis nobilis insignis Venetus in vicinia fontigi ad Sancti Chrysostomi aediculam, Hieronymus Leon, qui officium nullum in expediendo deséret. Si meis sump-tibus Venetas qui deducat, mittendus erit aliquis, ut in fontigo Eíslorum negoziatori tradantur et ab oneribus teloniorum liberentur, gratum erit. Habent illi mandatum Caesareum pariter iam acceptum. Illud te unice oro, adhibito Bassano Alejandro et aliis antiquariis, consulito, an cum pectoribus affictis mitti debeant et vecturarum pretium mereantur, nam 10 fl. non respicio, sin minus, sola capita mittantur; facietis, quod voletis, nec parcite numis. Memoriam et progressus discipuli amplector, cum renunciabis.

4. Kal. Ianuarii.

Basilica mea graece et latine fere typis sunt absoluta. *Harmenopulum*¹ correctionem quoque editurus sum cum omni iuris codicum parapompes etc.

Haec in lucto intestinis malis scripsi, ex causa num Simonis et pollicere a me omnia copiosa et pro officiis gratiam agam. 12. Januarii 1573.

Külcíme: Al Magnifico et Excellente Signor dottor Hugo Blotius, maggiordomo del Signor Giovanni Listhio Ongaro, amico osservandissimo. Padoa in Portia appresso l'Excellente Bonavito overo in bottega del Simon librario al Bo.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 199. levele.)

¹ Zsámboki e két idézett műve (legalább ily címen) ismeretlen.

32.

[Bécs,] 1573 március 6.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S.

Redditum mihi studiosus quidam tuas, quem tua causa et iudicio et mea quoque sponte ac voluntate complexus sum omni officio. De veredarii malitia satis sum edoctus, significavi et obtuli fratri iniquum facinus, de quo melius et copiosius essem monitus; miratur confirmat pecuniam esse numeratam ante mensem etc.

Amabo te, quem in meis rebus observo esse sollicitum. Adde ad diligentiam Simonis tuam quoque operam et in pectoribus marmororum simul mittendis, vel si vecturam nimium onerarent, nec valde sunt prilchra, istic abientur; iudicium amicorum Bosani et aliorum. Collocatio eorum et in arcas conclusio Patavii non est penitus funibus absolvenda etc. nam audio Venetiis apertum iri eas more solito, nisi si a praetore vel teloniariis Patavinis testimonium simul demittatur. Est prope domum Germanorum ad Sanctum Chrysostomum insignis nobilis Hieronymus Leo, Hinnanus, meus vetus amicus, qui omnia Venetiis mea causa faciet. Oro, adesto quoad per alia necessaria licet his mutis et surdis marmoribus quicquid impenderit mihi at perfecto, reddam ommia. Quod Paulus Zegedeus me coronationis pompam Victorio misisse dixerit, errat, est liber Antverpiae excusus meus, in quo sunt 16 arcus triumphales more antiquo inscriptionibus illustres, et quorum exemplaria minime desunt, sed post nundinas Francfurtes accipiam, et alia mittam vobis.

Dum abes, edidit bibliotheca nostra Michalis Glycei *Orientales historias*, Manassis chronicon, de viris illustribus, Hesichium; item ad coronationem regis decretorum et consuetudinum librum emendavi, indice et vocum insolentium explicatione, praefatione, oratione de coronatione illustravi et auxi, sed veredarius 3 aureos, 2 aureos abste exigeret. Listhium nostrum redamo, iudicium tuum et testimonium de ipsis virtutibus gratissimum est, nec operam ludet apud patrem, si tot promissis responderit.

Vale. Raptim 6. Martii 1573.

Nova varia, sed incerta, nec libenter scribo per certas causas.

Külcíme: Al molto Magnifico Signor dottor Hugo Blotio, maggior domo del Signor Giovanni Listhio, illustre baron Ongaro, amico suo. Padoa. in Porcia appresso Signor dottor Mantua. Cito.

Alatta Blotz kezével: Redditae Patavii 14. Martii.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 218. levele.)

33.

[Bécs, 1574] április 24.

Zsámboki János Blotz Hugónak.

Sambucus S.

Tuas accepi, Ellebodio suas Posonium misi. De copiosa tua in me measque res et usus voluntate nunquam dubitavi, quod eiusdem memoria sensum confirmare cupis, id iure officiosi et integri amici semper duxi. Utinam tua causa aliquid efficiam; parum vires possunt, si opinio autoritate quid ab aliis impetraverit, libere scribito, impera; nihil est, quod neglectum

querere. De paere praeter omnium spem ac vota, quid scribam, tuto ignoro, quid sentiamus, ex aliis intelliges. Importuna rei nominique christiano violatur, sed authores viderunt. Ursinus nobiscum est; is abs te me petiit, cum R^{mus} pactorum de revocando B. eique loco commodo prospiciendo.

Heri inter prandium R^{mo} negotium exposui, qui ut redeat sibique melius caveat prolixiusque prospiciat, nunquam impediturum se ait, imo sibi consilium placere ad teque proxime de ipso expediundo scripturum. Aldum Manitium a me saluta, Cumque tam facile tuam operam mihi deferas, te valde etiam atque etiam rogo, ipse cum per alios ad S. Georgii aediculas Graeculorum scribas atque expiscere, num adsit Andreas dal Mar. Is enim impostor a me ante quatuor annos 150 scutorum accepit certis promissis et syngrapha data, missurum se mihi quamprimum libros a me requisitos. Sed nihil dum vidi, profectus erat Ilerdam cum libris manu scriptis ad Antonium Augustinum in Hispaniam. Si reversus esset, cogerem illum per amicos ad liberandum fidem, sed dissimula nomen meum, nam frater Joannis dal Mar subolfiet, me quiddam mi eos iure moliri. Poteris pretium librorum emendorum ex talia cognoscere. Est praeterea mihi valde opus Photii patriarchae bibliotheca. Te obsecro, descriptum illum emas vel antiqua manu mihi compares apud eosdem Graecos. Venit 25 coronatorum 30 ducatis mutilis, ut vocant.

Vale, 27. Aprilis 15...

Külcíme: Al molto Magnifico et Excellentissimo Signor dottor Hugo Blotius, governator dell Illustrissimo Signor Listhio, barone Ongaro, amico osservandissimo. In Vineggia.¹

(Eredeti, a 9737. z. 18. kötet 257 levele.)

34.

Padua, 1574 október 23,

Kovacsóczy Farkas Blotz Hugónak.

S. P. Accepi litteras tuas, et quibus cognovi, quod de discessu vestro statueritis, qua tamen in re vos molestia illa et difficultate rei pecuniariae non carere valde doleo. Sed tamen heac quoque (ut ego existimo) quando alia parata ad iter habueritis, facile corrigi a vobis superarieque poterit, cum non sint defuturi, qui hac in re lubenter usibus vestris inserviant. Mathias Polianius, popularis meus, una cum discipulo suo ut vobiscum iter hoc conficiat, maiorem animum quam vires habet. Si quidem nondum est ea valetudine, ut aptus esse posset tanto itineri, hoc praesertim iniquissimo iam ut vides, anni tempore. Verumtamen quia ita est omnimo animatus, ut nullomodo (nisi quid gravius accidat) hanc sibi opportunitatem elabi patiatur, orat te iterum atque iterum, ut quamcunque de discessu hoc vestro rationem iniveritis, eam sibi quoque vobiscum esse velitis. Nam sive currus, sivo equi conducendi vobis erunt, in numerum se plane vestrum reponi adscribique cupiunt. Qua de re litteras tuas avide exspectabunt; qui te et Littium plurimum salutant. Eum tu

¹ Levelét Zsámboki abban a tudatban czímezte Velenczébe, hogy Blotzt már ott találja, holott ekkor Rómában járt neveljével.

una cum Schwendio,¹ ut ex me quoque diligentissime salutes, te summo-
pere rogo. Novi si vel ex Hungaria aliquid vel ex aliis partibus habueris,
rogo ad me scribas, litterasque huc in Porciam in domum doctoris Petrellae
mittas. Vale, mi Bloti, et me tui amantissimum certo puta.

Patavio, 23. Octobris 1574.

Tui amicissimus

V. Kovaciocius.²

Külczíme: Al molto magnifico Signor Hugone Blotio, Signor et maggior
mio osservandissimo. Venitia. Al Signor Giovanne Unterholzer nel fontigo
di Tedeschi al No 33.

(Eredeti, a 9737. z. 14. kötet 429. levele.)

Megjegyzés: Kovacsóczynak ezen kívül még hat Blotz Hugóhoz
intézett paduai levele van a következő évből, melyeket — mint isme-
retleneket — egy másik összeállításban fogunk közölni.

Mencsik Ferdinánd.

¹ Schvendl Lázár hadvezér hasonnevű fia.

² Róla a 9708. kötet 116. lapján Blotz ezt az egykori följegyzését találjuk:
Wolfgangus Couaciocius Ongarus, domini Martini Berzevicei contubernalis.

